ſe recognoscens pecuniae monetae et numeri in Regno Currentis quemlibet florenum grossos triginta polonicales computando numerando tenetur atque debet. Quam quidem summam suprascriptam Mille florenorum polonicalium idem suprascriptus recognoscens praefatae Consorti suae heredibus Successoribus in et super bonis suis quibus omnibus summibus pecuniis quibusvis hinc pro die et festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli proxime ventura dare solvere et coram officio praesenti reali et cum effectu reponere et relinquere repositamque [illegible] usus abeundi officio [illegible] ubere nec arestare vel quovis alio modo summam suprascriptam solutionis impugnare Hocque sub vadio similis summae suprascriptae Mille florenorum polonicalium quod eius regnantibus eius Successores praefatae Credenti sive vel eius partibus. Ob non solutionem summae praefatae quo tempore et loco superius expositis ad solvendum succumbens Pro quo quidem vadio superius exposito ad solvendum succumbens ac summa ipsa principali non soluta modo praescripto ad solvendum succumbens [illegible] Nobilis Alexander Ostrzycki solvendi Citatque ex nunc memoratus ex nunc Nobilis Eva Ilnicka Con velcius posteri Ad instantiam suprascriptae Nobilis Evae Ilnicka Con sortis suae [illegible] credentis sive eius partis ad officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense ex tunc recessu suprascripto quo ad rem dictam spectat mediante semper in primo termino de more terrigenali peremptorie stare in [illegible] parere rendere vadium praefatum hic insertum [illegible] Reliqua scribantur ex prius usque ad finem etc.

Eorundem mutua Advitalitas.

Comparentes personaliter Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Nobiles Alexander Ostrzycki ab una et Eva Ilnicka Coniuges legitimi ab altera partibus Sani Mentibus et corporibus existentes a Terris [illegible] Iuribus Iurisdictionibus suis quibusvis propriis ex certa sua [illegible] praesenti Iurisdictioni Castrensi Capitaneali Premisliensi quo ad [illegible] praesentem actum praesentem attinet se cum Successoribus ac bonis suis quibus omnibus [illegible] libere sponte ac per totum et plene incorporandae ac subiciendae palam libere publice ac per expressum recognoverunt et quilibet illorum seorsim suo quo interest recognovit. Quia ipsi coniuges maritali solidaeque se Consortibus cum eiusdem [illegible] suis ultimis coniugalibus [illegible] et ulterius ad infrascripta recognoscenda Consensu sibi mutuo et invicem una pars alteri omnium singulorum bonorum suorum haereditariorum obligatorum mobilium et immobilium summarumque quarumvis pecuniarum nec non aliorum [illegible]

vestium vestimentorum Stanni Cupri oricalci ac totius suppellectilis domesticae nunc habitae et imposterum habendae mutuae ad utilitatem et usumfructum ad extrema duntaxat vitae suae tempora inscripserunt et assignaverunt ac conferunt prout praesentibus inscribunt conferunt et assignant tali vero modo quod si praefatus Generosus Adam Ubryszchi maritum suum praefatam Coniugem ipsius de hac luce decedere contigerit extunc eadem Consors sua bona suprascripta ac res quaelibet ubi morte praedicti mariti sui derelictas Cum omni praemissorum omnium iure dominio et proprietate omnibusque et singulis eorundem bonorum utilitatibus fructibus proventibus redditibus Commodis et emolumentis alterius quibusvis pertinentiis quibuslibet universis nullis penitus exceptis tenebit habebit et possidebit Illaque pacifice et quiete utifruetur Post mortem vero praedictae Consortis suae bona quaelibet omnia suprascripta morte praedicti mariti sui derelicta ad Successores eiusdem mariti sui sine quovis impedimento Successores praedictae Consortis suae devolui debebunt et tenebuntur Similiter etiam si praefatus Generosus Consortem suam quam praedictus maritus de hac luce decedere Contigerit extunc eius mariti bona suprascripta quaelibet omnia morte eiusdem Consortis suae derelicta Cum omni eorundem bonorum iure proprietate omnibusque et singulis ipsius utilitatibus fructibus Commodis et emolumentis nullis exceptis tenebit habebit et possidebit Illaque quiete et pacifice ad extrema vitae suae tempora possidebit post mortem vero et de hac luce decessum praedicti mariti sui bona suprascripta quaelibet omnia morte ipsius derelicta ad Successores eiusdem Consortis suae sine quavis Contradictione Successores praedicti mariti ipsius devolvere et redibunt praesenti sui personali recognitione ad praemissa omnia mediante.